



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LXXVI. Bvchoviense Collegivm Virginum nobilium Canonissarum, in  
Sueuia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**



## CAV T LXXV.

SANCTAE GVDILAE COLLEGIVM  
*Bruxellense in Brabantia & diœcesi  
Machliniensi.*

**S** GVDILA VVitgeri Comitis & Amelbergæ filia, Virgo nobilissima, Niuellis à S. Gertrude optimis moribus fuit instituta, quæ & de sacro ipsam fonte susceperat. Temporibus Caroli Magni ex vico Ham sacrum eius corpus translatum est Morsellam, indeque postea Bruxellam à Carolo Lotharingiæ Duce, collocatumq; in Basilica Sancti Michaelis, quæ hodie S. Gudilæ dicitur, ab eodem Carolo Duce in monte excitata.

Collegium porrò Canoniorum Sanctæ Gudilæ instituit *Lambertus Baldericus*, Comes Louaniensis, Lamberti primi filius.

## CA P V T LXXVI.

BVCHOVIENSE COLLEGIVM  
*Virginum nobilium Canonissarum, in  
Sueuia.*

**B**VCHAVGIA vel Buchouia Canonissarum seu monialium nobilium, antiquo stemmate, maiorumque imaginibus conspiciuarum; ab omni tamen professione, ac voto immunium, collegium in Sueuia ad eiusdem nominis amœnissimum lacum, quem vulgò *liberum*



*liberum lacum, vel plumarum lacum* vocant, non procul à Biberaco vrbe imperiali in Sueuis situm (ad quod assumi solent tantum Comitissæ & Baronissæ, quæ ibi sub Abbatissa pudicè & probè educari, ad pietatem & virtutem informari solent) id inquam amplissimum ac pulcherrimum collegium fundatum legitur in honorem Sanctorum Cornelij & Cypriani, ab *Adelinde* Hildebrandi potentissimi Sueuorum Ducis filia, Hildegardis Reginae & Campidonensis Fundatricis sorore, Comitis verò Othonis à Kesselbug in Blächina valle, circa Biberacum habitantis relicta vidua, quæ ibi sepulta est.

## CAPVT LXXVII.

VILECENSE COLLEGIUM CANONISSARUM, & Canonorum in d. Coloniensi, & territorio Iuliacensi.

**S**ALEIDIS Virgo & Abbatissa Vilecensis patrem habuit *Megengorem* siue *Mengosum* Geldriæ Comitem, matrem verò *Gerbirgam* non minùs generis nobilitate & virtutum studio insignem. Quibus vnica fuit masculula proles & quatuor filia; quarum duæ iunctæ sunt viris præpotentibus; reliquæ verò duæ apud Coloniam Agrippinam Christi seruitio sunt mancipatæ; vna in monasterio Beatisimæ matris Dei; altera, de qua nobis est sermo, in cœnobio sanctarum Virginum, sub